

# PROPRIO DE LA MISA SAN JOAQUÍN

## Padre de la Santísima Virgen

16 de Agosto - Fiesta clase 2.ª - Blanco

*Salmo 111.9,1*

DISPÉRSIT, dedit paupéribus: justítia ejus manet in sæculum sæculi: cornu ejus exaltábitur in glória. *Ps.* Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis ejus cupit nimis. *Ÿ.* Gloria Patri.

DEUS, qui præ omnibus Sanctis tuis beátum Jóachim Genitrícis Filii tui patrem esse voluísti: concéde, quæsumus; ut, cujus festa venerámur, ejus quoque perpétuo patrocínia sentiámus. Per eundem Dominum.

*Eclesiástico 31.8-11*

BEATUS vir, qui invéntus est sine mácula, et qui post aurum non ábiit, nec sperávit in pecúnia et thesáuris. Quis est hic, et laudábimus eum? fecit enim mirabília in vita sua. Qui probátus est in illo, et perféctus est, erit illi glória ætérna: qui pótuit tránsgridi, et non est tránsgréssus: fácere mala, et non fecit: ideo stabilíta sunt bona illius in Dómino, et eleemósynas illius enarrábit omnis ecclésia sanctórum.

*Salmo 111.9,2*

DISPÉRSIT, dedit paupéribus: justítia ejus manet in sæculum sæculi. *Ÿ.* Potens in terra erit semen ejus: generátio rectórum benedicétur.

INTROITO

Ha repartido con largueza, ha dado a los pobres; su justicia permanece eternamente; su fiente se levanta hasta la gloria. Salmo. Dichoso el varón que teme al Señor y ama sus mandamiebtos. *Ÿ.* Gloria al Padre.

COLECTA

¡Oh Dios!, que te has dignado elegir para tu morada el seno virginal de la Santísima Virgen María; haz, te rogamos, que, fortalecidos con su protección, podamos asistir con júbilo a su festividad. Tú que vives y reinas.

EPÍSTOLA

Dichoso el varón que se halla sin culpa, que no ha corrido tras el oro, ni puso su esperanza en el dinero y en los tesoros. ¿Quién es éste, para que le felicitemos? Porque ha obrado maravillas en su vida. Ha sido tentado por el oro y ha permanecido incorruptible; honor eterno será para él. Pudo violar la ley y no la violó, hacer el mal y no lo hizo. Por eso sus bienes serán asegurados en el Señor y toda la asamblea de los santos publicará sus limosnas.

GRADUAL

Prodigó sus larguezas, dio a los pobres; su justicia permanece eternamente. *Ÿ.* Poderosa será sobre la tierra su descendencia ; bendita será la raza de los justos.

ALLELÚIA, allelúia. V̄. O Jóachim, san-ctæ conjux Annæ, pater almæ Virgínis, hic fámulis fertó salútis opem. Allelúia.

*Mateo 1.1-16*

LIBER generatiónis Jesu Christi filii David, filii Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Jacob. Jacob autem genuit Judam, et fratres ejus. Judas autem genuit Phares, et Zaram de Thamar. Phares autem genuit Esron. Esron autem genuit Aram. Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naásson. Naásson autem genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz de Rahab. Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Jesse. Jesse autem genuit David regem. David autem rex genuit Salomónem ex ea, quæ fuit Uriæ. Sálomon autem genuit Róboam. Róboam autem genuit Abíam. Abías autem genuit Asa. Asa autem genuit Jósaphat. Jósaphat autem genuit Joram. Joram autem genuit Ozíam. Ozías autem genuit Jóatham. Jóatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechíam. Ezechías autem genuit Manássen. Manásses autem genuit Amon. Amon autem genuit Josíam. Josías autem genuit Jechoníam, et fratres ejus in transmigratione Babylónis. Et post transmigrationem Babylónis: Jechonías genuit Saláthiel. Saláthiel autem genuit Zoróbabel. Zoróbabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliácim. Eliácim autem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleázar. Eleázar autem genuit Mathan. Mathan autem genuit Jacob; Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ, de qua natus est Jesus, qui vocátur Christus.

ALELUYA

Aleluya, aleluya. V̄. Joaquín, esposo de santa Ana, padre de la Santísima Virgen, alcánzanos aquí a tus siervos auxilios de salvación. Aleluya.

EVANGELIO

Libro del origen de Jesucristo, hijo de David, hijo de Abrahán. Abrahán engendró a Isaac, Isaac engendró a Jacob, Jacob engendró a Judá y a sus hermanos. Judá engendró, de Tamar, a Fares y a Zará, Fares engendró a Esrón, Esrón engendró a Arán, Arán engendró a Aminadab, Aminadab engendró a Naasón, Naasón engendró a Salmón, Salmón engendró, de Rajab, a Booz; Booz engendró, de Rut, a Obed; Obed engendró a Jesé, Jesé engendró a David, el rey. David, de la mujer de Urías, engendró a Salomón, Salomón engendró a Roboán, Roboán engendró a Abías, Abías engendró a Asaf, Asaf engendró a Josafat, Josafat engendró a Jorán, Jorán engendró a Ozías, Ozías engendró a Joatán, Joatán engendró a Acáz, Acáz engendró a Ezequías, Ezequías engendró a Manasés, Manasés engendró a Amós, Amós engendró a Josías; Josías engendró a Jechonías y a sus hermanos, cuando el destierro de Babilonia. Después del destierro de Babilonia, Jechonías engendró a Salatiel, Salatiel engendró a Zorobabel, Zorobabel engendró a Abiud, Abiud engendró a Eliaquín, Eliaquín engendró a Azor, Azor engendró a Sadoc, Sadoc engendró a Aquín, Aquín engendró a Eliud, Eliud engendró a Eleazar, Eleazar engendró a Matán, Matán engendró a Jacob; y Jacob engendró a José, el esposo de María, de la cual nació Jesús, llamado Cristo.

*Salmo 8.6-7*

GLÓRIA et honóre coronasti eum: et constituísti eum super ópera mánuum tuarum, Dómine.

SÚSCIPE, clementissime Deus, sacrificium in honórem sancti Patriárchæ; Jóachim, patris Mariæ Virgínis, majestáti tuæ oblátum: ut, cum cónjuge sua, et beatíssima prole intercedente, perfectam cónsequi mereámur remissionem peccatorum, et glóriam sempiternam. Per Dóminum.

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cæli, cælorumque Virtutes ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti, jubeas, supplicii confessione dicentes:

*Lucas 12.42*

FIDÉLIS servus et prudens, quem constituit dóminus super familiam suam: ut det illis in tẽpore tritici mensuram.

QUÆSUMUS, omnípotens Deus: ut per hæc sacramenta, quæ sumpsimus, intercedentibus méritis et precibus beáti Jóachim patris Genitricis dilécti Filii tui Dómini nostri Jesu Christi, tuæ grátie in præsentí, et æternæ glóriæ in futúro partícipes esse mereámur. Per eúmdem Dóminum.

OFERTORIO

Lo has coronado, Señor, de gloria y honor, y le has dado poder sobre las obras de tus manos.

SECRETA

Recibe, clementísimo Dios, este sacrificio, que ofrecemos a tu majestad a mayor honra del santo patriarca Joaquín, padre de la Virgen María; para que, intercediendo por nosotros con su esposa y su hija benditísima, merezcamos conseguir la perfecta remisión de nuestros pecados y la gloria sempiterna. Por nuestro Señor Jesucristo.

PREFÁCIO COMÚN

En verdad es digno y justo, equitativo y saludable, que en todo tiempo y lugar, te demos gracias, Señor, santo, Padre, omnipotente y eterno Dios, por Cristo nuestro Señor. Por quien los Angeles alaban a tu majestad, las Dominaciones la adoran, tiemblan las Potestades, los Cielos y las Virtudes de los cielos, y los bienaventurados serafines la celebran con igual júbilo. Te rogamos que con sus alabanzas recibas también las nuestras cuando te decimos con humilde confesión:

COMUNIÓN

Fue servidor fiel y prudente, a quien constituyó su Señor sobre su familia, para distribuir a rada uno, a su tiempo, su ración de trigo.

POSCOMUNIÓN

Te rogamos, ¡Oh Dios omnipotente!, que, por estos sacramentos que acabamos de recibir, e intercediendo con sus méritos y oraciones san Joaquín, padre de la que engendró a tu querido Hijo y Señor nuestro Jesucristo, merezcamos participar de tu gracia en la presente vida y de tu gloria eterna en la futura. Por el mismo Señor nuestro Jesucristo.